



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 100. Vicentia a Germanis, & Gallis obsessa captaque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI sponso Maximiliani Legatum valere ius-
A. C. 510 si, imo animo etiam constituit, cum Ludo-
 vico Rege in gratiam redire, dummodo
 ille jura, quæ in Genuam, & Neapolis
 Regnum habere contenderet, missa face-
 ret, omnesque copias suas ex Italia re-
 vocaret, ac denique Alphonsum Ferrar-
 riæ Ducem, usquedum Comacium reli-
 quisset, tueri cessaret. Verum cunctis
 hisce conditionibus rejectis, Ludovicus
 totus in eo erat, ut bellum pararet.

§. C.

*Vicentia a Germanis, & Gallis ob-
 sessa captaque.*

*Mocenico
 belli Came-
 rac. lib. 3.*

Ergo uterque exercitus castra movet,
 atque Anhaltensis Comes, cui Cæsar
 nomine suo supremum exercitus imperi-
 um in Italia detulit, in Veronensi agro
 quingentos lancearios, peditesque mille
 contraxit, quibus accesserunt mille quin-
 genti cataphracti, peditumque decem mil-
 lia, Ductore Calvimontio Marescallo: Dux
 quoque Ferrariensis ducentos miserat ca-
 taphractos, & quingentos levis armaturæ
 equites, additis duobus peditum millibus.
 Hæ copiæ, Pado flumine trajecto, nemini
 ne obstante Peninsulam Rhodigianam
 occupant, inde Castelli-Padi Athesin su-
 perantes Montanianam Athesiam, alias
 que Patavini tractus urbes in ditionem
 acci-

accipiunt, demum vero recta Veronam Sæcul. XVI.
 contendunt. Veneti interea, cum viri- A.C. 1510.
 bus suis diffisi urbem tueri posse despera-
 rent, continuo pedem referebant, unde
 Vicentini nequidem obsidionis initium fa-
 stinente, missis ad Anhaltensem Comi-
 tem clavibus, urbem dederunt. Equi-
 dem Comes cunctos incolas, ipsosque
 præfidiarios jugulari decreverat, præfi-
 dii Germanici anno priori ab eis expulsi
 injuriam ulturus; ast Marescallus Calvi-
 montius magis humanus, miseris vitæ
 gratiam exoravit: hi tamen, quamvis
 urbis suæ deprædationem centum aureo-
 rum millibus redemissent, mediumque
 hujus summæ partem mox numerassent,
 nihilominus eorum domus exspoliatae fue-
 runt, imo & illi, qui in quadam caverna
 prope urbem primo Victorum furori sese
 subduxerant, fumo suffocati perierunt,
 Germanis ad cavernæ ostium ignem suc-
 cendentibus.

§. CI.

Cardinalis de Ambasia obitus.

Parta hac victoria, potissima Germano- Petr. de Aug.
 rum pars deficiente ære militari signa epist. 338.
 deserebat; unde Calvimonius Patavina Vita Card.
 obsidione frustratus, nonnisi Leoniacum Amb. apud
 cingere poterat, quod etiam subegit, Bayard. c.
 hac urbe interjecta Vicentinis aditum 40.